

## Kaiser-Urkunden und Reichssachen 1205—1424.

Mitgetheilt von F. W. E. Roth.

### I. Kaiserurkunden.

1. 1205. Mainz 21. Januar. K. Philipp nimmt das Kloster St. Alban bei Mainz gegen Bedrängungen kaiserlicher Beamten in seinen Schutz.

Philippus dei gracia Romanorum rex et semper augustus universis imperii Romani fidelibus tam presentibus quam posteris innotescere volumus, quod nos animadvertentes pressuras atque iacturas rerum et bonorum, quas monasterium sancti Albani apud Magonciam sepe per officiatos nostros ac alios homines sustinuit, ad supplicationem nobis dilecti fidelis nostri Heinrici eiusdem loci abbatis moderni ac fratrum ibidem ipsum monasterium recepimus per presentes sub specialem nostram et Romani imperii protectionem cum universis hominibus, mancipiis, curtibus, grangiis, rebus ac possessionibus eidem monasterio nunc attinentibus seu imposterum acquirendis. Nulli omnino igitur officiato nostro vel alio homini cuiuscunque condicionis liceat ipsum monasterium, personas, bona vel possessiones eius ex quacunque causa vel occasione inquietare, invadere vel turbare. Quod si quis ausu temerario contra hoc preceptum nostrum attemptaverit, presumptionis sue penam nos ab ipso severius nullatenus dubitet exacturos. Ad cuius rei seu facti in perpetuam evidenciam hanc paginam exinde conscriptam sigillo nostro iussimus communiri. Datum Maguncie anno dominice incarnationis M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup>IV, XII kal. Februarii, indiccione VIII.

Severus Ms. ex libro copiali. — Es giebt von dieser Urkunde eine erweiterte Fassung mit Zeugenreihe, welche mehrfach gedruckt, aber handgreiflich unecht ist, vgl. BF. n. 94 und Scriba, Hess. Regesten, Rheinhessen n. 1198. Unsere Urkunde, gegen deren Echtheit sich nichts einwenden lässt, diente offenbar zur Herstellung der Fälschung.

2. 1273. 31. December. K. Rudolf gestattet der Stadt Gelnhausen im Walde Büdingerwald das auf der Erde liegende Holz ohne alle Beeinträchtigung zu holen.